Ad Quodlibetariam

Quæstio Medica matutinis Exagitanda disputaõibus In Scholis Medicoru die Jouis 2. april. M. Petro Dequyn Chirurgiæ Profess. Reg. Moderatre prudsso.

An ut Lepræ, sic lui Venereæ hydrargyrosis?

Partium Similarium nulla Cute temperatior, nulla tamen Imbecillior. Siquidem hæc totius Corporis Excrementa recipit (vere frequentiùs, quàm alio tempore) quæ præter naam suppressa multos affectus procreant ad Colorem, vel lævorem eius pertinentes. Color Cutis fœdatur In utraq; vitiligine, doloris et Periculi experte; Capillorum In Canitie, quæ est Pituitæ soboles. ad lævoris vitium spectant Pruritus, lichen, Psora, et Lepra. Pruritus mâa exigua est tenuis, et salsa, Psora crassa, et multa: In utroq; Immobilis, Contra In Rigore. Lichen siccis pustulis notus, quanto Pruritu deterior est, tantò Psora levior. Psora maam suggerit quivis humor. unde tot prodeunt eius, quot sunt humorum differentiæ. Ex quib' latæ min' prurigionosæ. auctâ crassitie, et acrimoniâ Psora In lepram abit. quæ ut Cutem altiùs depascit, et In squammas resolvit; Ita si vetustior est, vix nisi ope hydrargyri consanescit.

Ut Elementa Invicem transmutantur, Ita hũores. nam pituita coctione, quæ fit à solo Calore nãali, mutatur In Sanguinem, Idem Caloris Excessu In utramq; Bilem. Quinetiam quilibet humor ustione In atram Bilem facessit. mutato hũore mutatur morbi species. Sic Phlegmone In ~~[illegible]~~ Scirrhu vel Cancrum, febris tertiana In Quartanam, Psora In Lepram, hæc sæpè migrat In Elephantiam. Cu enim humor qui In Cute facit lepram, tota Carne Imbuit, parit Elephantiasim. quamq̃ In externis Partib' hæc raro se se prodit, nisi firmam In viscerib' egerit radicem. quo fit ut remediorum oĩm vim superet, si vel consenescat, vel Jure gentilitio contrahatur.

Nullum morbu magis refert lues venerea, q̃ lepram, vel Elephantiasim: à quibus tamen toto genere distinguitur. Novus enim morbus Est priscis Incognitus, Contactu quidem, et fomite contagiosus; sed qui neq; determinatum habet hũorem In quo Consistat, neq; ad Certam aliqua Intemperiem reducitur. Cuicunq; verò parti primùm Insederit, eam Contaminat, Indeq; veluti propagaõe quadam In Corpus oẽ diffunditur. nec spiritus modò et hũores Corrumpit, sed etiam Carnem, et partes solidas pervagatur. quare licet unius eiusdemq; sit Essiæ, numerosâ tamen prole adeo fœcundus est pro Corporum, hũorum dominantium, et partium affectarum diversitate, ut Pixis altera Pandoræ, malorũq; oĩm Congeries quædam videatur.

Utriq; morbo Lepræ nimiru et lui Venereæ multa sunt Coĩa; Cachexia, Cacochymia, Contagio, Cutis fœditas, Scabrities, pruritus, pustulæ, ulcera, pilorũ defluvium. uterq; unâ cu parentum semine transfertur In prolem. Calor ambientis utrumq; prodit, sicuti motus, et hypocaustum. Vernu tempus utriq; vel concitando, vel sanando magis est opportunu. Differunt autem sede, Caã Efficiente, Essiâ, et propriis symptomatis. Lepra solam Cutem Inficit: Lues oẽs partes Infestat. ab Internis Caĩs Illa sæpius, hæc ab Externis semper proficiscitur. Illa soboles e Cacochymiæ hæc Cacoethiam Coniunctam habet. sequitur Illa morbos plerumq; ex atra Bile factos, hæc nulli hũorum vitio addicta est. Illa ~~[illegible]~~ Interdu, hæc sola venerem primam parentem agnoscit. symptomata quædam adeo sunt pathognomonica, ut hunc vel Illu morbum certò demonstrent, et ab aliis distinguant.

Morboru Idea ut sunt diversæ, Ita Remedia. Coĩa quæda sunt, alia propria. Phlebotomia, Purgaõ, Balnea utriq; Conveniunt. Sed lepra recens Cedit sæpè Coĩbus præsidiis, lues nunq̃ nisi propriis alexipharmacis. Lepra Curatur Purgaõe Bilis atræ, et salsæ Pituitæ, phlebotomiâ oĩ ætati Coõdâ, victus raõe frigidâ hũidâ, quæ pueris et febricitantib' oĩbus convenit, Balneis primùm Galacticis et detergentibus, deinde nãalibus, deniq; psoricis unguentis, quæ sulphur, et hydrargyrum recipiunt. Nullum eorum virus Elephantiasis retundit, præter hydrargyria, et Theriaca. At lues venerea mitescit quidem coĩbus præsidiis, ut Purgaõe frequenti, Opiatis desiccantibus, et hydroticis: sed nunq̃ penitus Expugnatur, nisi summum Ex hydrargyro præsidium adhibeatur. Quod non vi Caloris aut frigoris, sed partium tenuitate, quâ pollet, retuso veneno, Crassos hũores, quib' adhæret, fundit, et attenuat, fusos vel In halitus digerit, vel per alvum, urinas, sudores, aut ptyelismum Excludit.

Ergo ut lepræ, sic lui venereæ hydrargyrosis.



Proponebat Antonius [illegible] Rabault Blancius Bituricencis. Anno Domini CIↃ.IↃ.XCVIII.

Domini Doctores disputaturi.